



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

40. de impedimento cognationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

28. q. 1. *parag. iis itaque.* co modo quo debet, non referens ad debi-
tum finem. Ad illud autem quod dicit Aug. quia nō est vera pudicitia infidelis cū fide-
iis itaque dicitur quōd negatur quidem vera esse pud-
icitia: non quod infideliū coniugiū nō sit verum,
sed quia non habet illud triplex bonū, quod
excusat coitum, & meretur præmium. 280.

DE IMPEDIMENTO CO-
gnationis, primò carnalis.

DISTINCT. Quadragesimæ
CAP. Primum.

*Cognatio vsque ad septimum gradum
impedit matrimonium.*

C Reg. Progeniem suam vnūquenq; vsq;
ad septimā obseruare decernimus ge-
nerationem: & quandiu se agnoscunt
affinitate propinquos vel cognatos, ad con-
iugalem copulā accedere denegamus. quod
si fecerint, separentur.

*Episcopis
gallie 35.
q. 3. proge-
niam.*

CAP. Secundum. Graduum consan-
guinitatis varia est computatio.

Attende quōd Isido. sex gradus consan-
guinitatis tantum ponit, ita dicens: Sor-
des consanguinitatis sex gradibus diri-
mitur hoc modo: Filius & filia, quod est
frater & soror, sit ipse truncus. Illis verò seor-
sum seiunctis, ex radice illius trunci egre-
diuntur isti ramuli, nepos & neptis, pri-

2. 7. mus: pronepos & proneptis, secundus: ab-
 nepos & abneptis, tertius: adnepos & adne-
 ptis, quartus: trinepos & trineptis, quin-
 tus: trinepotis nepos & trineptis, sextus.
 Alij verò qui septem gradus ponunt, trun-
 cum inter gradus computant. Alij patrem
 in primo gradu, filios in secundo ponunt. A-
 lij primum gradum filios appellant, negâtes
 gradum cognationis inter patrem & filium
 esse. Authoritates ergo quæ consanguinita-
tis cautelam usque in septimum gradû pro-
hibent, primum gradum filios appellant. At-
que ita fit, vt eadem personæ secundum
hanc diuersam computationem inueniantur
in sexto & septimo gradu. Quare autem sex
computet Isidorus, aperit dicens: Ideo autē
usque ad sextû generis gradû consanguini-
tas est constituta, vt sicut sex ætatibus mûdi
generatio & hominis status finitur, ita prop-
quitas generis tot gradibus terminetur.

DE GRADIBVS
affinitatis.

DISTINCT. 41. CAP. Primum.

*Affinitas ex consummato matrimonio
 inter virû & consanguineos vxor-
 ris, & inter vxorem & con-
 sanguineos viri contrahi-
 tur, & matrimonium
 impedit.*